



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De pedibus Periodi. Ex Halicarnassensi. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Membrum est oratio sensus perfecti, sed suspensi, & toto corpore periodi abrupta: vel res breuiter absoluta, sive totius sententiae demonstratione. Hoc Demetrius cum manu comparat, quae ita pendet à corpore, ut in secumulata habeat naturę suę perfectionem. *Quid ex omnibus.* Id si longius fuerit ex oratione appellatur, vt auctor est Hermogenes.

Est igitur colon, *Antequam P. C. dicam ea, que hoc tempore dicenda arbitror.* Vides sensum suspensum: Assume reliquam partem, & confice periodum. *Exponam vobis breuiter consilium perfectionis, & eurysionis mea.*

Articulus, sive comma dicitur, cum singula verbis interuallis distinguuntur: causa oratione hoc modo: *acrimonia, voce, vultu, aduersarios pererrantur.* Est igitur comma pars colli, sive membris, uno, vel pluribus verbis constans.

Hinc multiplex periodus secundum varia interualla distinguuntur; alia oratoria, alia historica, alia simplex, alia composita, alia magna, alia parua, alia mediocris, alia etiam perigraphie appellatur.

Oratoria amplior est, & fusior, qua virtutum Oratores.

Historica strictior, ad usum historicorum.

Simplex, quae unico longiori membro constat. Tale est exordium pro Cluentio; Annaducti omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes.

Composita, quae fit ex nexus plurium membrorum, ut superior; [Antequam, Patres conscripti, &c.]

Magna, quae maioribus colis, aut pluribus, quam quatuor constat.

Parua, quae paucioribus, quam quatuor.

Mediocris, quae quatuor intermissionum ambitu definitur.

De pedibus Periodi.

Ex Halicarnassensi.

C A P V T . VIII.

Dionysius Halicarnassensis, Rhetor quidem praestantissimus, in libro de compositione nominum pedes oratorios sic enumerebat, & probat.

Primus est Spondens aptus, & grauis.

Iambus non omnino est ignavius, sed aptus humili, & attemperato sermoni.

Trochaeus mollior est, & humilior.

Pyrriehus est tenuis, & planè demissus.

Tribrachus nihil habet venustatis, & gratuitatis.

Moessus ex tribus longis, ut errores, planè grauis est.

Amphibrachus ex duabus breuibus, & media longa, ut amare, non est adeo heroicus.

Anapæstus grauis, & aptus ad seria, atque affectus exprimendos.

Dactylus optimus est, & heroicus, aptus quibus amplioribus.

Creticus, sive amphimacer ex duabus longis, & media breui, ut castitas, non est repudiandus.

Melior tamen Bacchius ex duabus longis, & ultima breui, ut laudare.

Hyperbachius ex prima breui, & duabus longis, ut haberem.

Dochinus quoque est insignis, ex quinque syllabis, prima breui, duabus longis, breui, & longa, ut amicos tenes.

Dichoreus ex duobus trochaicis, ut sempiternus, volubilis, & aptus maximè in clausulis.

Item Paon primus, ex prima longa, & tribus breuibus, ut conterere. Paon secundus, ex tribus breuibus, & ultima longa, ut temeritas.

Et hi frequentiores sunt apud Oratores.

De numero, & Mixtura pedum.

Ex Cicerone.

C A P V T . IX.

NON est hic meum consilium varias de numeris, & pedibus arcessere sententias, & in ista labyrinthi perplexitate sine frumento ludere iuuenilius.

Evidenter existimo totam illam tractationem à M. Tullio tanto iudicij pondere, & sententiarum nitorc descriptam, ut qui in hoc opere videatur laborasse contentius, carcerorum scriptorum vel studia restinxerit, vel ingenia sua claritate prefficerit. Quamobrem, ne gestum coram Roseio agere in scena videamus, faciam quod mei est instituti. Primum, quid præcipiat exponam: deinde quid de to-